

NvK an Lorenz Blumenau. Er beteuert, dass er sich getreu seinem Versprechen nach Kräften für Hz. Sigismund eingesetzt habe und seine Ratschläge in ehrlicher Weise das Beste für den Herzog bezwecken. Hz. Sigismund solle sich bedingungslos dem päpstlichen Urteil unterwerfen, um das Anathem und den Verlust seiner Ehre noch abzuwenden und auch seine Gefolgsleute vor den drohenden Strafen zu schützen. Auf das päpstliche Monitorium habe er keinen Einfluss nehmen können.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StB, Cod. Cus. 221 p. 195*. Über dem Text: Doctori Laurencio.

Erw.: Scharpff, *Cardinal und Bischof I* 321; Jäger, *Streit II* 68; Voigt, *Enea Silvio III* 368.

Eternam salutem. Quamvis michi non credatur, non tamen possum promissi et fidelitatis mee esse immemor. Dicatis domino meo duci Sigismundo, quod faciat, ut sibi consului et scripsi.¹⁾ Et ponat se in manu pape simpliciter quo ad omnia, eciam restitutionem omnimoda. Et hoc cito faciat mittendo plenissime mandatum pro se et
 5 omnibus, qui sunt comprehensi in diffidacione etc.²⁾ Et ego coram deo fideliter laborabo, ut micus apostolica sedes secum agat. Nam, si non fecerit et expectabit anathema, privacionem honoris et honorum, licet putet se posse de facto resistere, tamen, quia honor suus, quem omnibus preferre debet, non minus apud multos et maximos notabitur, ideo preveniat declaracionem. Eciam hoc faciat propter alios suos. Nam
 10 omnes similiter in penas incidisse declarabuntur, et nominatim undique publicabuntur, eciam qui solum ad sibi serviendum intrarunt diffidacionem. Propter deum persuadeatis sibi. Et scitate monitorium diu ante adventum nostrum ad Senas in Macerato in publico consistorio decretum³⁾ non potui impedire nec ulteriorem prorogacionem obtinere, ne exequeretur⁴⁾, quia terminus declaracionis quarta augusti fuisset. Postea
 15 nimis brevis, sed adhuc sunt plus quam xl dies ad terminum. Mittat igitur, uti consulo in premissis, quia, si non fecerit, post declaracionem nemo poterit ipsum iuvare. Sic me deus adiuvet, quod fidelissime sibi consulo, et ita experietur. Ex Senis 20 junii 1460.

Velitis eciam sibi dicere: Ego promisi sibi omne posse meum adhibere consulendo et adiuvando, ut hunc laborinctum⁵⁾ exeat. Ita facio in premissis et ubi non acquieverit,
 20 quod tunc sciat me illis promissis satisfecisse.

N. cardinalis sancti Petri manu propria

¹⁾ S.o. Nr. 6203 (1460 April 29).

²⁾ S.o. die Absagebriefe Nr. 6157-6160, 6163.

³⁾ S.o. Nr. 6222 (1460 Mai 19).

⁴⁾ NvK hatte am 3. Juni 1460 versprochen, sich darum zu bemühen; s.o. Nr. 6235.

⁵⁾ Labyrinth.